



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XVII. Praeceptum confirmationis pro Ecclesia Tornacensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

TITVLVS XVII.

Præceptum confirmationis pro Ecclesia Tornacensi, datum apud Vermeriam palatium regium VIII. Kalendas Augosti anno Christi DCCCLIV. Karoli Calvi Regis XV.

K Arolus gratia Dei Rex. Quia venerabilis vir Immo Noviomagenis atque Tornacensis Ecclesie Episcopus utilitatem sibi commissæ Ecclesie & necessitatem Canonorum suorum prævidens, scilicet ut rebus exterioribus adhibitis, divinum cultum ac ministerium proprij officij liberius posset explere, deferens privilegium quoddam venerabilium Episcoporum nostrorum manibus roboratum, in quo quedam res ad usum præfatorum Canonorum suorum delegatae detinebantur, humiliter petuit ut id easdemque res cum appendicis suis prædictæ Ecclesie sanctæ Dei genitricis Mariae semper Virginis in prefata civitate Tornaco sitæ in usibus ac stipendiis Clericorum ibidem Domino servientium perpetualiter habendas nostras confirmaremus edictis. Fuerunt namque temporibus antecessorum ejus præscripta civitatis Clericorum usibus applicata, villa Lamedinius cum integritate sua, & mariscus unus in Flandrense pago, necnon etiam decima populi juxta antiquam consuetudinem ad eundem locum confluentis. Præterea ab eodem venerando Pontifice acquisita res & superadjectæ sunt hæc, id est, in pago Brabantense, in loco qui dicitur Villa, quicquid Hrotcindis Deo devota in eodem loco habuisse cognoscitur, ad partem prædictæ Ecclesie tradidit, necnon & mariscum in pago Flandrensi quem Orgius Presbyter & Burgilius germanus ejus frater præfata Ecclesie contulerunt, telenicum etiam præfata civitatis Tornacensis, & insuper in Noviomio vineæ de quibus secundum temporis qualitatem

colliguntur media centum viginti. Has denique res, sicut in privilegio Episcoporum continentur, secundum prænominati reverendi Pontificis Immonis rationabilem constitutionem sumptibus & induimenti ceterisque utilitatibus præsignatis Canoniciis sanctæ Mariæ, ejusdem saepediæ venerandi Praefulis supplici deprecatione, perenniter habendas decernimus & firmamus, videlicet ut remota necessitatibus inquietudine, ipsis & successoribus eorum liberius per omnia tempora pro nobis & regni stabilitate Christi misericordiam aſſidus precibus implorare deleceret.

Præterea statuimus ut ultra tricennarium numerum in congregatione fratrum prædictæ Ecclesie sanctæ Dei genitricis Mariae nullus Clericorum adjiciatur, nisi forte superadjectæ fuerint aliae præter istas res quæ ad usum eorum sine murmuratione sufficiant: quatenus moderata rerum distributione præfatorum Clericorum in memorato loco secundum proprij Pontificis administrationem sufficiens non alia constitutione moveatur quæ eorum animos aliqua turbula in divino servitio tepercere cogat.

Vt autem hæc præcellentia nostra confirmatione perpetuum in Dei nomine obtineat vigorem, de anulo nostro subter eam jussimus sigillari.

Guillermus ad vicem Ludovici recognovit.

Data VIII. Kalendas Augosti, Indictione I V. anno XV. regnante Karolo glorioſissimo Rege.

Actum Vermeria palatio regio.

